

Coroll. V. — Si anima intellectiva est forma substantialis corporis, profecto cum angelis recenseri nequit, sed ab illis substantialiter discriminatur. Revera anima, ut materiam informet et cum illa unam substantiam seu naturam constituat specificè completam, per se debet esse incompleta, et compleri per unionem suam cum materia, ad quam naturaliter ordinetur.

Coroll. VI. Homo male definitur (cum Platone) « *animus qui corpore, imperando, utitur* » aut (cum De Bonald et aliis) « *intelligentia cui organa inserviunt* ». Optime vero definitur (cum scholasticis) « *animal rationale* »: nam voce *animal* innuitur hominem esse compositum substantiale animae sensitivae et materiae, sicque exprimitur eius genus proximum; voce autem *rationale* innuitur animam hominis esse, non modo sensitivam, sed etiam intellectivam, sicque exprimitur eius differentia specifica.

Coroll. VII. — Cum anima humana natura sua ordinetur ad unionem substantialem cum materia, ut ex hac unione oriatur homo, iam patet: — 1) falsitas doctrinae metempsychosis seu transmigrations animae intellectivae ex corpore humano in corpora belluina vel in plantas; — 2) falsitas sententiae Platonis atque Origenianorum opinantium animas in corpora detrusas fuisse, propter crimen aliquod ab ipsis patratum in nescio qua vita anteriori (1).

et Albertus Magnus, renovaverunt recentes. Iuxta celeberrimum *Lavater*, pulcritudo mentis interna pulcritudini externae perfecte proportionatur.

» Physiognomoniam est partim vera; nam in corpore, praesertim in vultu, in oculis, in ore, in aspectu, quasi vestigium et imaginem animae comperimus; nec mirum esse debet, ex dictis de mutuo influxu. — Notam vero singularitatis et temeritatis non effugeret qui semper et in omnibus virtutes et vitia e signis exterioribus auspicari vellet. Nam anima, quantumvis corpori unita et ab eo dependens, libera tamen remanet quoad habitus contrahendos. Hinc est cur de facto tot exceptiones regulis praeiactis afferantur iuxta axioma: « *Nimum ne credi colori* » (BRIN, FARGES et BARBEDETTE, *Philos. schol.*, tom. II, Psychol., n. 211).

(1) « La teoria della trasmigrazione metempsychosi, che ebbe ed ha tuttora in Oriente un numero considerevole di seguaci,.... è affatto gratuita. Quali sono le prove che si danno di questa teoria? Non ve n'è una sola: la si annunzia e la si afferma senza confortarla d'un solo argomento.

Obi. I. — Corpus hominis est instrumentum animae. Sed instrumentum non efformat unicam naturam cum causa principali. Ergo...

R. — *Dist. mai.* Corpus hominis est instrumentum intrinsecum seu substantialiter unitum animae, *conc.*; est instrumentum extrinsecum seu tantum accidentaliter unitum animae, *nego.* *Contrad. min.* et *nego cons.* — Anima intellectiva equidem est causa prima ac principalis omnium operationum, quae in corpore atque a corpore fiunt, et sub hoc respectu corpus dici potest instrumentum animae; sed anima ipsa est quae, informando materiam, constituit corpus, et sub hoc altero respectu conditiones corporis sunt prorsus diversae a conditionibus instrumenti.

Obi. II. — Dicitur solet hominem constare anima et corpore. Atqui si res ita se habet anima non est constitutum formale corporis, sed unitur corpori iam constituto ideoque accidentaliter tantum.

» Queste anime, per spiare i loro falli e purificarsi, passano da un corpo all'altro per una serie di anni e di secoli, che non si possono determinare. Sia: ma dove sono le prove? Ma che nessuna di esse possa mai rammentarsi delle trasmigrazioni passate? È cosa dura a credersi e affatto inesplicabile.

» Più: non si può spiare nessuna colpa commessa senza pentimento della stessa: ma come pentirsi senza conoscere, senza ricordarsi della colpa commessa? Siano pur innumerevoli questi trapassi dell'anima da un corpo all'altro, essa non potrà cancellare le sue colpe, perchè non le conosce, nè se ne può pentire. Dunque la metempsychosi non ha ragione di essere.

» Non basta: e se invece di cancellare le colpe passate, ne aggiunge sempre delle nuove, dove e come si otterrà la finale riabilitazione? Finalmente questa strana teoria spegnerebbe ogni sentimento di pietà o ci renderebbe superstiziosi sino al ridicolo. Vedo un uomo infermo, cieco, rattappito, d'una condizione miserabile: dovrei dire: Egli spia le sue colpe e deve essere stato un gran ribaldo in un altro corpo, se è caduto sì basso. — Lo disprezzo e lo detesto. Vedo un insetto, un uccello, un animale qualunque: può essere che in esso viva l'anima d'un uomo, d'un amico, d'una persona a me cara: lo devo non solo rispettare, ma quasi prestargli un culto. Non vale la pena occuparci più oltre di questa teoria, diremo meglio, di questo sogno ». (BONOMELLI, *Seguiamo la ragione*, vol. I, conf. XII).

R. — Ad solutionem huius difficultatis animadvertimus duplicem distingui aspectum in anima humana informante corpus. Revera ipsa spectari potest vel simpliciter ut forma, tribuens materiae esse corporeum; vel ut forma ordinis superioris, ut anima scilicet, tribuens materiae vitam et sensum. Anima priori modo spectata, et sumpta simul cum materia cui tribuit esse corporeum, saepius intelligitur ut materia in ordine ad ipsam spectatam altero modo. Hoc sensu dici solet *hominem constare anima et corpore*. Revera corpus est genus in ordine ad corpus vivens; genus autem se habet ut materia seu ut perfectibile, et differentia ut forma seu ut perficiens.

Obi. III. — Anima intellectiva, ut alibi dictum fuit, excedit capacitatem materiae. Ergo nequit esse forma substantialis eius.

R. — *Dist. antec.* Anima intellectiva excedit capacitatem materiae quatenus intellectiva, *conc.*; quatenus inferiorum formarum virtutem continet, *nego*, et *nego cons.*

Obi. IV. — Anima et materia, ni simul confundantur, nequeunt constituere naturam unam. Atqui evidenter repugnat animam et materiam simul confundi. Ergo...

R. — *Neg. mai., conc. min., et neg. cons.* Anima et materia constituunt unam naturam non per confusionem, h. e. per transformationem mutuam, sed per mutuam unionem. Transformatio animae et materiae, nedum fiat, nec fieri potest. Revera, quonam modo anima et materia simul transformari possent, cum omnis transformatio requirat duo principia substantialia (Cfr. pag. 44); anima vero per se non sit nisi forma, et materia per se non sit nisi materia, non iam corpus, h. e. compositum substantiale?

Obi. V. — Anima nequit esse constitutum corporis; nam corpus est extensum, anima autem est simplex.

R. I. — Si obiectio haec quidpiam valeret, nedum anima rationalis, nulla prorsus forma substantialis considerari posset tanquam constitutum corporis; nulla enim forma substantialis per se extenditur.

II. — Extensum, quin excludat, requirit aliquod principium simplex. Et sane in quolibet extenso proprietates

diversae, immo oppositae, inveniuntur, ut identitas atque unitas ex una parte, distinctio ac multiplicitas ex altera. Atqui repugnat identitatem et unitatem derivari a principio composito. Ergo in omni extenso admittendum est principium simplex (1).

(1) « L'esteso, dice Rosmini, o non esiste, o se esiste, altrove non esiste, che in un principio semplice (cioè *uno*) che lo raccoglie (V. Psicol. § 443). Questa è una verità così evidente, che fu proclamata sin dai tempi vetusti dai più insigni sapienti, tra' quali il celebre Roveretano ama ricordare Parmenide e Zenone. « Due dei più grandi uomini, così soggiunge, di cui si onori l'Italia, Parmenide e Zenone suo discepolo, avevano troppo bene veduto e dimostrato, che non si può spiegare l'esistenza dell'universo materiale, senza ricorrere a qualche principio spirituale (o per meglio dir *semplice*) che gli desse la consistenza e l'unità... Fissarono la loro attenzione sulla natura del continuo corporeo, e così argomentarono: ogni parte assegnabile in un continuo corporeo non abbraccia più di sè stessa: tutto il resto è fuori di lei. Ma le parti assegnabili in un continuo non hanno fine. Dunque le parti continue che si possono assegnare non cessano mai di escludere da sè una porzione dell'esteso. Se ciascuna parte non cessa di escludere da sè ciò che non è dessa, dunque ella stessa non si trova giammai, e se non si trova giammai, non esiste. Ma se voi aggiungete un soggetto semplice (*una mente*, secondo il concetto di questi filosofi), che possa ad un tempo stesso abbracciar tutto il continuo con un atto solo, allora il continuo sta... Nella *mente* adunque che era per essi il detto soggetto, sta il fondamento del corpo, ossia la mente è condizione necessaria all'esistenza del corpo » (Op. cit. *Append. alla Psicol.* § 59). Nè gli scolastici videro meno chiaramente di quegli antichi savi la necessità di dover ricorrere da ultimo ad una unità semplice ed indivisibile per ispiegare l'attuale coesistenza delle tante parti distinte ed indefinitamente divisibili della sostanza corporea, imperocchè per bocca del loro Angelo lasciarono scritto: *Omne corpus divisibile est. Omne autem divisibile indiget aliquo continente et uniente partes eius* » (*Cont. Gent.* lib. II, cap. 65). E dato il nome di *Forma*, ed in molti casi di *Anima* al quid uniente e continente le parti, ritengono che non poteva non essere per se semplice ed uno, cioè non risultante di parti corporee, altrimenti anche questo sarebbe divisibile, ed esigerebbe un altro principio semplice che lo contenesse ed unificasse. Et si hoc iterum sit divisibile, oportebit vel devenire ad aliquod indivisibile et incorporeum... vel erit in infinitum procedere, quod est impossibile » (LIVERANI, *Sui Supr. princip. delle scienze nat.*, n. 23).

§ IV. DE SEDE ANIMAE HUMANAЕ.

Omnes qui animam inter et corpus non admittunt nisi unitatem accidentalem, generatim censent ipsam uniri tantum cuidam corporis parti, atque insuper in hac parte determinanda non consentiunt. Ut veteres philosophos omitamus, quorum alii in cerebro, alii in corde, alii in sanguine animam reponebant; nuperi, duce Descartes, malunt eam figere in toto cerebro, vel in aliqua parte eius, puta in cerebello, vel in glandula pineali, vel in corpore calloso. Quid sentiendum sit de huiusmodi sententiis, quam cito apparebit.

THESIS. — *Anima inest singulis partibus corporis secundum totalitatem suae essentiae, non vero secundum totalitatem suae virtutis.*

Prob. I. p. (inest singulis partibus corporis). I. — Quaelibet pars corporis humani sentit aut saltem vivit seu vegetat. Iam sentire et vivere expostulant praesentiam animae: sunt enim operationes immanentes, operationes scilicet quae expleantur in eo a quo eliciuntur; eliciuntur vero a composito ex anima et materia, h. e. ab ipso corpore animali in singulis suis partibus organicis. Ergo...

II. — Anima est forma substantialis corporis humani, scilicet est principium quo corpus constituitur in suo esse primo et substantiali. Sed principium, quo corpus constituitur in suo esse primo et substantiali, singulis corporis partibus inesse debet; partes enim, aequae ac totum, recipiunt suum esse primum et substantiale ab ipso. Ergo...

Prob. II. p. (secundum totalitatem suae essentiae). I. — Anima humana est simplex ac spiritualis, ideoque caret partibus. Iam substantia, quae caret partibus, necessario erit tota simul, h. e. secundum totalitatem suae essentiae, ubicumque est. Sed anima humana inest singulis partibus corporis. Ergo anima humana erit tota simul, h. e. secundum totalitatem suae essentiae, in singulis partibus corporis.

II. — Patres et Doctores Ecclesiae in hac veritate, non minus quam in praecedentibus, consentiunt. — Ex Patribus audiatur S. Augustinus dicens: « Anima non modo universae moli corporis sui, sed etiam unicuique particulae illius tota simul adest ». — Ex Doctoribus lubet referre S. Franciscum Salesium, qui ait: « Anima nostra residet tota in toto corpore, ac tota in unaqualibet parte eius, sicut Divinitas est tota in toto mundo ac tota in unaquaque parte mundi » (1).

Prob. III. p. (non secundum totalitatem suae virtutis). Nam: — 1) facultates intellectivae, utpote immateriales, nulli parti organismi inhaerent; ac si ipsae videntur habere suam sedem in capite, id non contingit nisi ob dependentiam suam a sensibus internis, qui in cerebro resident; — 2) facultates organicae, nempe facultates sensitivae et vegetativae, cum sint natura diversae, expostulant instrumenta, h. e. organa diversa. Conscientia atque observatio externa rem confirmant, ipsae enim nobis referunt animam secundum suam virtutem visivam inesse oculis, secundum suam virtutem auditivam inesse auribus, secundum suam virtutem locomotricem inesse musculis, et ita porro. Huius existendi modi habes analogiam in Deo, qui substantialiter est ubique, sed peculiari agendi modo est in coelo, in templis, etc....

Obi. I. Repugnat ens simplex adesse pluribus partibus corporis extensi. Ergo...

R. I. — *Dist. antec.* Repugnat adesse pluribus partibus corporis extensi ens simplex simplicitate puncti geometrici, *conc.*; ens simplex simplicitate de qua agitur, *nego.* — Simplicitas puncti geometrici enascitur ex imperfectione quantitatis, h. e. extensionis; nam punctum, licet non sit extensum, non est tamen extra genus extensionis, sed est initium lineae ideoque extensionis, unde in loco continetur

(1) Notre âme... réside toute en tout le corps, et toute en chacune de ses parties, comme la Divinité est toute en tout le monde, en chaque partie du monde » (*De l'amour de Dieu*. Liv. I. Chap. XV).

nec potest esse simul in diversis partibus eius. Contra, simplicitas animae enascitur ex perfectione entitatis, quae partibus caret; nam anima neque est extensa, neque est initium extensionis, sed est extra genus extensionis, supereminet loco ipsumque potius continet, quam ab ipso contineatur (« magis anima continet corpus et facit istud esse unum quam e converso ». *S. Th.* p. I, q. VIII, art. III): Unde non repugnat ipsam simul esse in diversis partibus loci *definitive* (Cfr. *Ontolog.*), et proprie per informationem partium sui corporis.

II. — Etiamsi obiectio in vero fundaretur, nihil tamen proficeret adversariis animam locare in una tantum parte corporis, potiusquam in toto corpore: quaelibet enim pars corporis, utut parva, semper extenditur ac proinde ab anima simplici occupari non posset.

Obi. II. — Si anima cum sua essentia praesens est toti corpori, per totum corpus diffunditur, eoque accrescente accrescet, minuente minuet. Sed haec omnia repugnant enti spirituali. Ergo...

R. — *Nego mai.* Diffusio, accretio, minutio, important expansionem vel restrictionem quantitatis; idcirco, cum agitur de substantiis quantitate expertibus, nonnisi sensu translato usurpari possunt ad significandam intimam praesentiam ab ipsis exhibitam partibus extensi, et modo maioribus, modo minoribus partibus, prout extensum crescit vel minuit.

Obi. III. — Si anima potest tota simul praesens esse pluribus partibus spatii, poterit quoque tota simul praesens esse omni spatio, sicque immensa fieri ut Deus. Sed id nemo admittet unquam. Ergo...

R. — *Nego mai.*, nam praesentia substantiae spiritualis proportionatur eius perfectioni, et ideo: — 1) praesentia Dei, sicut et eius perfectio, nullos habet limites; — 2) Angeli praesentia limites habet, quamvis latius extendatur quam praesentia animae humanae; — 3) anima, cum sit forma corporis, praesens est soli corpori, non quia corpus illam commensuret atque in se occludat, sed quia ipsa actuat corpus suum, et non actuat neque actuare potest aliud.

§ V. QUOMODO ORIATUR ANIMA HUMANA.

Pantheistae affirmant animam humanam esse emanationem seu effluxum Dei, aut particulam eius, aut aliquod eius phaenomenum. Abnormitas huius sententiae, quae Deum materialem, divisibilem, mutabilem facit, vel leviter consideranti facile apparet. Sed fortasse minus apparet abnormitas sententiae traducianistarum, affirmantium animam intellectivam in filio a parentibus *traduci*, nempe generari (1). Hinc necessitas sequentis disquisitionis.

THESIS I. — *Repugnat animam intellectivam a parentibus generari.*

Prob. I. — Generatio est operatio organica, scilicet materialis. Atqui repugnat operationem materialem extolli ad productionem rei immaterialis, qualis est anima intellectiva: *nulla enim, inquit S. Thomas, virtus activa agit ultra suum genus* (*Cont. gent.* lib. II, c. LXXXVII). Ergo...

II. — Si anima humana ad instar formarum materialium generaretur, corrumpere quoque ad instar earundem formarum; modus enim quo res aliqua est ac perseverat in esse, respondere debet modo quo ipsa fit, nempe suum esse acquirit. Sed anima humana, ut infra demonstrabitur, est immortalis. Ergo...

THESIS II. — *Anima humana creatur immediate a Deo.*

Prob. I. — Substantiae aut producuntur ex nihilo, aut producuntur ex aliis substantiis. Atqui substantia spiritualis nequit produci ex aliis substantiis. — Non ex substantiis materialibus, hae enim sunt inferiores effectu quem produ-

(1) *Traducianismus* antiquitus sectatores habuit Apollinaristas, Luciferianos (haereticos) et probabilius etiam Tertullianum; verum hisce nostris temporibus, si excipias Rosmini et evolutionistas, qui cum materialistis generatim conspirant in spiritualitatem animae humanae, omnes uno ore eum condemnant.

cere deberent. — Non ex substantiis spiritualibus, hae enim sunt simplices ac proinde intransmutabiles atque indivisibiles. — Ergo anima humana, utpote spiritualis, produci- tur ex nihilo, h. e. creatur. Sed creatio, quemadmodum in Theologia demonstraturi sumus, est actio nobilissima, quae convenit soli omnipotenti Deo. Ergo...

II. — Hoc etiam innuit S. Scriptura. Cum enim, de pro- ductione ceterorum viventium loquens, mentionem faciat causarum secundarum (*producat terra... producant aquae...*); ad hominem veniens, mentionem facit solius Dei: « *For- mavit Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in fa- ciem eius spiraculum vitae* ».

III. — Doctrina creationis animae humanae a Deo, licet primitus in Ecclesia explicita non esset, tamen, a tempore scholae, vere explicita facta est ac magis semper praevaluit; et quamvis ab Ecclesia forte nulla peremptoria decla- ratione fuerit definita, in nonnullis tamen authenticis decretis pontificiis significatur, imo et docetur (Cfr. HURTER, *Theol. Dogm.*, apud quem invenies decreta praedicta).

Schol. — Cum anima rationalis sit forma substantialis materiae, quacum efficere debet naturam humanam, sequi- tur a Deo creandam esse in ipsa materia quando generatur homo, iuxta effatum scholasticorum: *creatur dum infunditur, infunditur dum creatur*. At, sicut iam in Cosmologia adno- tavimus, quandonam praecise id fiat, videlicet an in primo instanti generationis, an in fine (quum embrio praesefert structuram organismi humani), controvertitur etiam inter cordatiores thomistas. Revera Wan der Aa, Gonzales.... tenent sententiam primam; Liberatore, Cornoldi..., tenent sententiam secundam; Zigliara et Schiffini ancipites haerent.

Coroll. I. — Reicienda est sententia Pythagorae, Pla- tonis, Origenianorum, necnon recentium *spiritismi* fautorum, docentium animas humanas, ante hanc vitam terrestrem, vixisse alteram vitam caelestem, de qua tamen nulla nobis superest memoria.

Coroll. II. — A fortiori reicienda est sententia Ros- mini, qui censuit animam nostram primo esse tantum sen- sitivam et quatenus talem a parentibus generari: postea

fieri intellectivam ob actionem Dei illi revelantis ideam en- tis. Sententia haec: — 1) opponitur doctrinae, nunc com- munis in Ecclesia, creationis animae humanae a Deo; — 2) aufert omne essenziale discrimen inter animam humanam et animam belluinam, siquidem manifestatio ideae entis est aliquid extrinsecum animae quod supervenit eius essentiae iam constitutae; — 3) fingit impossibile: fingit enim animam sensitivam in se accipere notionem universalem, immo univer- salissimam, entis. Ut id fieri posset, anima sensitiva tran- sformari deberet in animam intellectivam. Sed transformatio animarum adversatur earum identitati, earumque simplicitati. Iure ac merito igitur S. R. Congregatio, inter alias propo- sitiones rosminianas, damnavit duas sequentes: — « Non repugnat ut anima humana generatione multiplicetur, ita ut concipiatur eam ab imperfecto, nempe a gradu sensitivo, ad perfectum, nempe ad gradum intellectivum, procedere. » — « Cum sensitivo principio intuibile fit esse, hoc solo tactu, hac sui unione, principium illud antea solum sentiens, nunc simul intelligens, ad nobiliorem statum evehitur, na- turam mutat, ac fit intelligens, subsistens atque immortale ».

Coroll. III. — Nec audiendi sunt *darwinistae*, seu *trans- formistae* propugnantes hominem, totum quantum est, de- rivare a brutis, ac per bruta a plantis, vel immediate a materia elementari. Theoria haec, non solum repugnat spi- ritualitati animae humanae, sed tot difficultatibus laborat, ut nec ad explicandam originem corporis humani acceptari possit (1).

(1) « A proposito di questa questione così passionatamente agitata da alcuni discepoli di Darwin, il Sig. de Quatrefages, in un suo: *Rapport sur les progrès de l'anthropologie*, pubblicato nel 1868, nel riepilogare molti lavori contemporanei, stabilisce i punti seguenti, sviluppati poscia nel suo libro magistrale, *l'Espèce humaine*, dato a stampa nel 1879.

» 1° L'uomo è un animale camminatore; tutte le scimmie sono ani- mali rampicanti. Perciò nei due gruppi tutto l'apparecchio locomotore porta l'impronta di queste destinazioni affatto differenti. Questo risul- tato importante risalta da una folla di ricerche di particolarità e dimo- stra che il tipo scimmia, perfezionandosi, non perde in nulla questo carattere fondamentale e resta sempre perfettamente distinto dal tipo umano. Questo non può dunque derivare da quello.

Obi. I. — Parentes dicuntur hominem generare. Atqui homo non est tantum corpus, sed est etiam anima. Ergo...

R. — *Conc. mai. et min.*, sed *nego cons.* Ut dici possit parentes generare hominem, sufficit ipsos generare corpus,

» 2° È un fatto incontestabile che le tre scimmie antropomorfe orang, il gorilla e il chimpanzè, tuttochè rappresentino gli stessi caratteri generali ed essenziali dei rampicanti, non sono però membri di una stessa famiglia, ma i *termini corrispondenti superiori* di tre serie distinte.

La dottrina darwiniana, applicata al fatto dell'apparizione dell'uomo, anche non tenendo conto che dei caratteri morfologici esteriori, condurrebbe dunque a dire che l'uomo, in cui tutto rivela il camminatore, non può appartenere ad alcuna di queste tre serie, ma non può essere nient'altro che il termine superiore di una quarta serie distinta i cui rappresentanti sono scomparsi, o sconosciuti finora. Se per sottrarsi a questa conclusione, i darwinisti dicessero che giunti al grado di organizzazione esistente negli antropomorfi, l'organismo ha subito un nuovo impulso e si trovò modificato per la marcia, non sarebbe che un'ipotesi di più, e non si potrebbe più invocare la graduazione organica, presentata dall'insieme dei quadrumani e che forma la base della teoria darwiniana.

» 3° Lo sviluppo degli apparecchi sensitivo e vegetativo, dei sistemi di locomozione e di riproduzione, segue un ordine inverso nell'uomo e nella scimmia. Lo stesso accade pel fenomeno dello sviluppo individuale. Così, nella scimmia i denti molari crescono di volume dal primo all'ultimo; nell'uomo accade tutto il contrario. L'angolo sfenoidale di Virchow diminuisce nell'uomo fin dalla nascita, e cresce nella scimmia. Per lo stesso cervello, si è fatto un gran fracasso per l'analogia che esiste nella disposizione delle pieghe cerebrali fra l'uomo e gli antropomorfi adulti. Ma nella scimmia le pieghe o congiunture anteriori del frontale si formano dapprima nanzì quelle del lobo medio o della regione posteriore del cranio. Nell'uomo le congiunture della fronte si formano in ultimo luogo. Il suo fronte si allarga a misura che cresce, nella scimmia si restringe. Egli è evidente che quando due esseri seguono in siffatto modo nel loro sviluppo un cammino inverso, il più elevato non può discendere dall'altro per via di evoluzione. L'embriogenia avvalorata dunque la testimonianza dell'anatomia e della morfologia. Per conseguenza, bisogna considerare come assolutamente vero ciò che dice Gratiolet: *Il cervello della scimmia non è punto quello dell'uomo impedito nel suo sviluppo, nè il cervello dell'uomo quello di una scimmia sviluppato.* Ciò che dice Bert: *Nel perfezionarsi, le scimmie non si riavvicinano all'uomo, e nel degradarsi, l'uomo non si riavvicina alla scimmia.* Ciò che dice il sig. Bruner-Bey: *Nessun passaggio possibile tra l'uomo e la scimmia, se non a condizione di sconvolgere le leggi dello sviluppo.*

sicque efficere ut ipsum informetur anima intellectiva, a Deo creanda; ex hac enim informatione proprie enascitur homo. Pari ratione ab omnibus dicitur hominem occidere qui cor-

» 4° Gli argomenti dei Darwinisti si riducono ad esagerazioni di rassomiglianze morfo'ogiche, a induzioni cavate da qualche fatto eccezionale che si generalizza, ad alcune coincidenze nelle quali si suppongono relazioni di causa ad effetto, e finalmente ad un appello alle *possibilità*, da cui si tira una conclusione più o meno affermativa. Così:

» A. L'analogia della mano ossea dell'uomo e di certe scimmie non è un argomento; perocchè la muscolatura del pollice dell'uomo stabilisce una differenza profonda e mostra un adattamento ad usi differentissimi.

» B. L'articolazione della spalla, che permette agli antropomorfi dei movimenti di rotazione non costituisce una vera rassomiglianza; essendochè già la forma delle ossa dimostra che i movimenti non potrebbero essere gli stessi; la muscolatura soprattutto presenta differenze marcate, che indicano anche adattamenti speciali.

» C. La volta del cranio che presso qualche razza umana (neo-calcedonia-australiana) s'incurva verso i due lati e s'innalza verso la linea mediana, non è punto un accostamento alle creste ossee di certi antropomorfi. Presso questi, le creste ossee si staccano dalle parti del cranio e non fanno per nulla parte della volta.

» D. Da ciò che l'orang sarebbe *bracicefalo*, come il malese di cui è compaesano, mentre che il gorilla e il chimpanzè sono *dolicocefali* come il negro, non v'ha ragione per riguardare il primo qual padre delle popolazioni malesi, ed i secondi come gli antenati delle razze africane. Imperocchè, dato anche che i fatti fossero esatti, non ne sarebbe punto dimostrata la conseguenza. Ma questa coincidenza non esiste. L'orang, originario di Borneo, vi vive in mezzo, non dei malesi ma dei dayaks i quali sono *dolicocefali*. E la *dolicocefalia* del gorilla non è generale, poichè su tre femmine di questa scimmia, due sono *bracicefale*.

» E. Le rassomiglianze dei *microcefali* col cervello scimmiano non indica per nulla una conformazione intermedia, normale ad un'epoca anteriore, ma che, oggidì, non si realizza se non per un impedimento di sviluppo. Imperocchè Gratiolet ha dimostrato che queste rassomiglianze sono puramente *illusorie*. Nei *microcefali*, il cervello umano si semplifica, ma il *piano iniziale* non è mutato. Il cervello umano differisce tanto più dallo scimmiano quanto è meno sviluppato, e un impedimento di sviluppo non può che esagerare questa differenza naturale. Non si può dunque istituire paragone alcuno tra il cervello umano rimpiccolito con quello animale, per sviluppato che sia ».

« Dunque, conchiude il Sig. de Quatrefages, la teoria dell'origine scimmiana dell'uomo non è che una pura ipotesi, o meglio, un semplice giuoco a spirito di sostegno del quale non si potè invocare ancora al-